⁵³ Tamże: <Nec forte locum haberet resalutatio ad angelum, sicut nec ad deum, tamquam ad superiores, quia salutatio est salutis optatio. Sed prudenter deliberat non improuide cogitans aliud sequi debere post salutacionem.>

⁵⁴ Tamże, k. k5vd: <Maria igitur finalem et humilem dabat responsionem et consensum dicens 'Fiat mihi secundum verbum tuum'. Per verbum passivi generis id est me ancillam deo meo offero, ipse faciat in me et de me quod sibi placeat. Mox effectus sequebatur.>

⁵⁵ Tamże, k. k6a: <Quod vero beata maria desponsata fuit angelo veniente non sine diuina dispensacione actum creditur.>

⁵⁶ Tamże, k. k1vd: <unicum filium suum qui in vtero virginali angelico oraculo anunciante conceptus est, humana carne indutus, manens quod erat, assumens quod non erat.>

⁵⁷ Tamże, k. k2vd: <Et nemo mundus a sorde nisi per illum qui sine peccato esset et supra totam naturam humanam esset reparari non potuit et hoc non est nisi dei filius et quia ille impassibilis et immortalis est Et satisfaccio fieri debuit in eadem natura in qua adam peccauit, vt iusticia conseruaretur, decens et necessarium fuit vt idem dei filius naturam assumeret humanam et hoc hodie factum est in vtero virginali.>

⁵⁸ Tamże, k. k3vd: <propter virginis dignitatem que in matrem dei eligitur.>

⁵⁹ Tamże, k. k4b: <Igitur opto vt fiat michi secundum verbum tuum vt concipiam et pariam illum quem tu angele nunciasti ... Et mox dei incarnacio in instanti subsecuta est scilicet separacio materie subtilissime in vtero virginis, corporis organizacio, anime creatio, et eiusdem infusio, et humane nature in deum assumptio.>

wanie poczęcia Chrystusa dane Maryi przez anioła stanowi antytezę uwiedzenia Ewy przez złego ducha⁶⁰; Maryja jest prawdziwą matką Chrystusa⁶¹; mając w łonie Chrystusa, którego dusza uniesiona jest do kontemplacji, Maryja pełna była słodyczy i promieniowała nią na zewnątrz⁶²; chwala Chrystusa i jego Matki⁶³.

Duch Święty sprawił wcielenie⁶⁴, za wiedzą i zgodą Dziewicy, aby rostała w zasłudze przez wiarę, a pragnieniem i miłością gotowała Bogu gościny⁶⁵; Maryja dowiedziała się od anioła, że pocznie z Ducha Świętego⁶⁶; anioł miał wtedy 5000

⁶⁰ Tamże, k. k4vc: <Et sicut angelus malus eum decepit, sic bonus angelus marie conceptum christi nunciauit.>

⁶¹ Tamże, k. k5vc-d: <Maria tamen vera et naturalis mater dicitur et est christi, quia substantiam, locum, nutrimentum ministravit et materiam, sicut et in ceteris mulieribus.>

⁶² Tamże, k. k5vd-k6a: <Et non dubitandum, quod post conceptionem christi et presenciam eius inestimabilis fragrantia suavitatis redundabat in mente et corpore virginis sicut in pyxide aurea plena aromatibus suaviter redolentibus odor vbique respersit et diffudit, sicut et spiritualis delectatio et mentalis consolacio deuote contemplancium quandoque mirabili suavitate eciam in viros corporis se diffundit ita et in anima marie post conceptionem christi, cuius christi anima ab inicio conceptionis suspensa erat in contemplacione, quam deriuare in matrem credendum est ex redundancia, racione anexionis et continuacionis. Vnde toto tempore inclusionis christi in maria ipsa sensit inexpertam quandam dulcedinem, qualem numquam ante vel post sensist, multo magis quam iohannes in vtero elizabeth. Quomodo enim ignis magnus in domum includeretur sine calore, aut pomum odoriferum cum aromatibus redolentibus et balsamo sine odore possent recludi.>

⁶³ Tamże, k. 6a-b: <Et si hodie tacuerimus laudes christi et marie, sceleris arguemur... Laudum igitur preconis tam christum, quam matrem eius, ymo et angelum gabrielem extollamus dicentes: Gloria tibi domine. Amen.>

⁶⁴ Tamże, k. k5vc-d: <sine virili semine, sed mistico spiramine, scilicet spiritu sancto qui de purissimis sanguinibus virginis materiam ex qua organizaret, omnia membra humani corporis in instanti, quod natura vix facere posset in quadraginta sex diebus.>

⁶⁵ Tamże, k. k2a: <Non enim decebat, vt virgo ignoraret in se a spiritu sancto perficienda, ne coacta et quasi inuoluntaria ad hoc dignissimum opus esse videretur. sed cum consensu eius, vt meritum eius cresceret per fidem supra naturam et vt per desiderium et dilectionem dignum deo hospicium in se prepararet.>

⁶⁶ Tamże, k. k4vc-d: <ponimus in ea diligenciam inquisicionis qua scire cupit modum quo id fiat quod angelus nunciat. Nec hoc mirum videri debet quod non omnia que in ea gerenda erant diuina virtute nouerat. [...] Maria vero angelico didicit oraculo modum, quo id fieri debeat, quod in propheta non legerat. [...] Voluit igitur certificari de modo concipiendi et pariendi. [...] ideo iustus ioseph videns eam impregnatam voluit eam dimittere, ignarus diuine operacionis in ea. Vnde admonetur ab angelo: Ioseph fili dauid noli timere accipere mariam coniugem tuam quod enim in ea natum est de spiritu sancto est.> Tamże, k. k5b-k5vc: <Deinde subinfert principalem legacionis causam propter quam venerat. Ecce concipies et paries filium. Quo audito maria de filio concipiendo et pariendo et tam excellentissimo. Vidit sibi maria necesse esse, vt quereret de modo. Dixit quomodo fiet istud quoniam etc. scilicet vt flore virginitalis seruato sum mater istius filii, cum modum non legi in prophetis nec virum cognoscere proposui. Iam tercio loquitur angelus declarans modum: Spiritus sanctus etc. qui sua virtute hoc operabitur sine virili semine. [...] In maria vero solum unum impedimentum deus remouit, quia iuuenula conceptioni apta, sed deficit virtus actiua que in virili semine concurrere solet ad conceptionem. hanc spiritus sancti gracia suppleuit ideo dicitur in symbolo 'qui conceptus est de spiritu sancto'.>

lat, a Maryja 13 lub 14⁶⁷; Duch Święty nie jest ojcem Chrystusa⁶⁸. Anioł zdał sprawę Trójcy Świętej z owoców swego poselstwa⁶⁹.

Kazanie drugie: *Ingressus angelus ad eam dixit... Cum humilitate et condigna ueneratione*>< *et in futuro in gloria per ihesum eius fructum benedictum in secula Amen et cetera*⁷⁰, poświęcone jest wcieleniu Syna Bożego z Maryi, w powiązaniu z trzema Osobami Boskimi.

Pozdrowienie ułożyła Trójca Święta, a wygłoszenie jego do przyszłej Bogarodzicy zleciła aniołowi⁷¹; dlatego jest ono jej najmiłsze⁷²; Trójca ubogaciła ją i dokonała wcielenia⁷³; jest z nią, aby ją zapłodnić, uświęcić i przebóstwić⁷⁴.

Bóg Ojciec był przedmiotem kontemplacji Maryi⁷⁵; z Ojca rodzi się Bóg, z

⁶⁷ Tamże, k. k4vd-k5a: <Due hic persone conueniunt: vna iam ante quinque milia annorum creata scilicet angelus, alia vix tredecim aut quatuor annorum vt creditur. Mox enim vt apta fuisse creditur conceptui, angelus ei missus est. prudentissime se habuit angelus matrem futuram domini sui reuerenter salutando in specie adolescentis virilis.>

⁶⁸ Tamże, k. k5vc: <Non tamen spiritus sanctus dicitur pater cristi, quia non de substancia sua humana natura est assumpta per modum generacionis naturalis, sicut nec adam dicitur pater eue.>

⁶⁹ Tamże, k. k6a: <Hic pensandum quantum gaudium ipsa hodie sensit in corde, cum quanto gaudio angelus legacionis sue finalia beatissime trinitati reportauit.>

⁷⁰ Tamże, k. k6b-14a.

⁷¹ Tamże, k. k6b: <Est quidem hec salutatio... in consistorio benedictę trinitatis concepta angelo nuncianda comissa ad preelectam et excellentissimam dei futuram matrem prolata.>

⁷² Tamże, k. 6vd: <Ideo sicut patri celesti non est placabilior oracio quam hec quam filius dicitauit, sic matri non est graciosior commendacio quam eam salutationem sibi offerre, quam angelus de consistorio trinitatis apportauit.>

⁷³ Tamże, k. k7vd: <Que vero munera, xenia, aut carismata benedictę trinitas virgini miserit. [...] pater ei potenciam tamquam imperatrici celi et terre, filius sapienciam, quam neque salomoni contulit, transmisit, spiritus sanctus scilicet bonitatem, id est omnium virtutum consummationem, humilitatem et caritatem donauit. Et simul tres persone in diuinis indumentum humanitatis ei attulerunt.>

⁷⁴ Tamże, k. 12a-b: <Pater tecum, qui suum filium facit tuum, tibi obumbrans vt tantum filii sui splendorem posses sustinere. Filius tecum, quia ad condendum in te mirabile sacramentum miro modo et sibi reserat vterum tuum et tibi seruat virginale seruaculum. Spiritus sanctus tecum, de cuius virtute concipis, sanctificans te vt sola digna esses dei filium parturire. Propter tres causas fuit dominus cum maria. Scilicet vt corpus virginale fecundaret sine virili semine. Secundo, vt vitam eius sanctificaret tali sanctitate qua nullus purus homo ei equalis esset, decebat enim vt hoc vas purissimum diuine persone predispositum omni sanctitate prefulgeret. Tertio fuit deus secum, vt animam eius quodammodo deificaret. scilicet ex vnione dei qua plenitudo diuinitatis habitabat in ea corporaliter ita immersa fuit deo, vt nil saperet, nil intelligeret nisi deum. Ideo secundum bernhardum Soli describitur amicta, que profundissima diuine sapiencie vltra quam credi possit penetravit abyssum. Cum enim filius cum matre sint eiusdem nature, maria pariens deum quodammodo videtur deificata, vt etiam dei mater iure dici possit.>

⁷⁵ Tamże, k. k7b: <Ingressus scilicet in cubiculo virginis vbi ab hominibus remota soli suo creatori vacabat, cui poterat salvator: 'Ducam eam in solitudinem et loquar ad cor eius!>

matki człowiek, z umysłu duch⁷⁶; Ojciec z substancji swojej i dziewiczej uczynił Chrystusa⁷⁷;

Jak Syn tak Maryja patrzy na serce⁷⁸; jest pokorna⁷⁹; celem wcielenia jest odkupienie⁸⁰; dzień poczęcia zbiega się z dniem śmierci Chrystusa⁸¹; Maryja jest matką bogobojnych, proszących ją o pomoc, zbawionych⁸²; swym macierzyństwem starła głowę wężą⁸³; cierpiała jak Syn dla zasługi⁸⁴; miała z łaski to, co Syn ma z natury⁸⁵; Syn przybywając przepelniał ją łaską⁸⁶; warunkiem zstąpienia Syna była pełnia miłości Maryi⁸⁷; nikt wcielenia nie wysłużył ze sprawiedliwości, Maryja wysłużyła ze stosowności⁸⁸; Maryja wyprasza obecność Syna przez

⁷⁶ Tamże, k. 13a: <Iste fructus dei patris omnipotentis. [...] Ex patre nascitur deus, ex matre homo, ex mente spiritus.>

⁷⁷ Tamże, k. 12a: <Ideo dicit angelus Dominus tecum, scilicet non communi more sicut cum aliis sanctis, sed specialiter etiam per coniunctionem nature, quia in te requiescet tamquam in camera et habitaculo suo, ut secundum bernhardum: 'Non solum voluntatem, sed etiam carnem tibi coniungeret et de sua virginisque substantia unum christum efficeret dominus'.>

⁷⁸ Tamże, k. k6b: <Ipsa enim sicut et christus filius eius cor intuetur.>

⁷⁹ Tamże, k. k7b: <Non enim in iherusalem ciuitate regia nec in capharnaum metropoli galilee, sed in paruo opitulo nazareth maria se recepit sicut et in parua bethleem parere voluit. Sed christus iherusalem elegit passioni sue, bethleem natiuitati ad demonstrandum omnem elacionem fugiendam et humilitatem sectandam.>

⁸⁰ Tamże, k. k6vd: <Quid ex ea secutum est. scilicet filii dei conceptio, et totius mundi renouatio, humani generis redemptio, et filii dei incarnatio.>

⁸¹ Tamże, k. k7vc-d: <Dies etiam iste felicissimus vicesimus quintus mensis marci in quo intrauit in vterum virginis et post triginta quatuor annos eodem die in cruce animam sanctissimam hodie infusam et creatam, pro peccatis nostris tunc deo patri commendauit, ideo idem dies est ingrediendi et egrediendi anime in corpore et de corpore.>

⁸² Tamże, k. k8b: <maria est felicissima mater omnium deum timentium et ipsius suffragia deuote postulancium et omnium saluandorum.>

⁸³ Tamże, k. k8b: <maria contriuit caput serpentis antiqui et omnem maliciam eius eneruauit cristum concipiendo et pariendo.>

⁸⁴ Tamże, k. k8vc: <Nostra vero 'aue' ab hiis omnibus liberrima fuerit, non quod nullas penas senserit, scilicet tristitias aut alias naturales, sed hec pene erant ei meritorie, sicut et filio suo, qui defectus nostros assumere non recusauit.>

⁸⁵ Tamże, k. k8vc: <Ve autem culpe semper longe fuit a maria. [...] Hec omnia marie ex gracia concessa sunt, que cristus habuit ex natura. Vnde augustinus libro de gracia et natura: 'Excepta sancta virgine maria, de qua propter honorem domini nullam prorsus, cum de peccato agitur, haberi volo questionem'.>

⁸⁶ Tamże, k. 11b: <Ad quid igitur nunciatur ab angelo plena gracia, nisi ut domino superueniente fieret superplena.>

⁸⁷ Tamże, k. 11b-11vc: <In ea enim fuit gracia humilitatis, cum dixit: 'Ecce ancilla domini'. Gracia obediencie, cum dixit: 'Fiat michi secundum verbum tum'. Gracia ardentissime caritatis. Neque enim filius dei in eam descendisset, qui vera est caritas, nisi eam plenam caritate cognouisset. Vnde potuit dicere illud: 'Ordinavit me in caritate'. Gracia etiam paciencie fuit in ea sub cruce stando in passione filii sui dilecti.>

⁸⁸ Tamże, k. 11vd: <Ex illo sequitur quod nec patres sancti nec maria meruerunt incarna-

łaskę⁸⁹; Bogarodzica wolna jest od przekleństwa Ewy⁹⁰; otrzymuje godność od Syna⁹¹; kto pożywa z owocu Maryi będzie żył na wieki⁹²; pod krzyżem Syna stała pełna bólu⁹³; nie wszyscy odczuwają słodycz owocu Maryi⁹⁴. Dzięki Duchowi Świętemu Maryja jest Dziewicą Matką⁹⁵; Elżbieta błogosławiła owoc jej łona⁹⁶;

tionem dei merito condigni, vbi opus et meritum coequatur. Sed maria meruit merito congrui, vbi merito correspondet congruencia quod ita fiat, et ipsa potius quam alia virgo propter eius excellentiam. Ideo canitur: quod meruit christum portare.>

⁸⁹ Tamże, k. 12b: <Vtinam et nobis hec benedicta optinere dignetur, vt et dominus eius filius sit nobiscum per suam gratiam. Nam cantamus: 'Audi nos, nam te filius nichil negans honorat!>

⁹⁰ Tamże, k. 12vc: <Benedicta tu, quia alie purum hominem, tu deum et hominem. [...] sine graumine filium dei portasti, sine dolore peperisti, a maledictione eue libera permansisti.>

⁹¹ Tamże, k. 13a-b: <Ecce due nobiles arbores, duos fructus nobilissimos attulerunt, scilicet maria et elizabeth. ihesum et iohannem baptistam. Sed fructus multo nobiliores arboribus. Ymmo arbores a fructibus dignificate sunt, scilicet tempore visitacionis marie. Nam cristus mariam dignificauit. Et prius iohannes in vtero elizabeth accepto spiritu sancto repleuit et matrem.>

⁹² Tamże, k. 13b: <De marie vero fructu qui manducauerit, viuert in eternum. [...] Fructus... insuper et pretiosissimus, quippe qui suo sanguine totum mundum a dyabolica potestate redemit, efficacissimus in vigore. Vnde dicitur lignum vite, qui dixit: 'Omnis qui viuert et credit in me, non morietur in eternum.>

⁹³ Tamże, k. 13vc: <nomen maria... Item interpretatur 'amarum mare'. Hoc in passione cristi fuit verificatum, quando stabat secus crucem filii plena doloribus.>

⁹⁴ Tamże, k. 13vc-14a: <Nec moueat lectorem quomodo elizabeth fructum marie, id est cristum, benedicat. [...] Sed ex quo dictum est, quod iste fructus marie est dulcissimus, quare non omnes in se sentiunt hanc suauitatem, ymmo pauci vere. Est ne defectus ex parte fructus vel ex parte nostri. [...] Discipuli cristi vtique mundi et sancti delectati in corporali presenciam cristi istum meracissimum spiritum capere non poterant. nec mentem eleuare ad supernas delectationes spiritus. Quanto minus homo carni deditus et hiis mundialibus concupiscenciis immersus non potest esse capax huius sanctissimi fructus suauitatis. dicente cristo: 'Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt'. Et hic in gracia meritis huius benedictie virginis marie et in futuro in gloria per ihesum eius fructum benedictum in secula. Amen.>

⁹⁵ Tamże, k. k7vc: <Egredietur virga de radice scilicet yesse, id est maria sicca ab fecundacione virili... Sicut radix de terra sicienti id est sine virili semine... Et flos scilicet christus de radice eius descendet.> Tamże, k. 11a-b: <Legimus stephanum plenum gracia et apostolos fuisse plenos spiritu sancto, sed longe dissimiliter a maria, quia nec iste a deo plenus fuit, vt in eo habitaret plenitudo diuinitatis corporaliter, vt in maria. Nec illi conceperant de spiritu sancto, vt maria.> Tamże, k. 12vc: <Gaudium matris habens cum virginitatis honore, nec primam similem visa est, nec habere sequentem. [...] Tu vero liberrima sine peccato, sine libidine concepisti.>

⁹⁶ Tamże, k. 12vd-13a: <elizabeth in visitacione marie incepit mariam benedicere a benedictione angeli vltima scilicet dicens: 'Benedicta tu in mulieribus' et addit quod angelus non dixit, quia nondum erat fructus in vtero virginis. Sed quando maria elizabeth visitauit tunc spiritu propheticco cognouit eam impregnata et dixit: 'Et benedictus fructus ventris tui' scilicet iam conceptus. Et ista benedictio, qua fructus, scilicet cristus benedicitur, in plus se extendit, qua maria benedicitur. [...] Nam in illo fructu omnes sumus benedicti... In semine tuo, inquit, benedicientur omnes gentes, quod est christus.> Tamże, k. 13b: <Et prius iohannes in vtero elizabeth accepto spiritu sancto repleuit et matrem.>

Chrystus bardziej jest synem Maryi niż inni są synami swych matek⁹⁷. Jakub z Paradyża jako teolog najwnikliwiej przedstawił powiązania Maryi z całą Trójcą Świętą i poszczególnymi Osobami Boskimi.

Bóg Ojciec: postanawia zesłać Zbawiciela, Maryja kontempluje Boga Ojca, z którego woli jest zaślubiona, anioł przekonuje Maryję, ona przyjmuje go z czcią i pokornie się zgadza, Bóg Ojciec z substancji swojej i dziewiczej czyni Chrystusa.

Syn Boży: począł się w dziewiczym łonie za zgodą Maryi, wybranej na Matkę Boga; bezgrzeszny i nieśmiertelny przyjął człowieczeństwo, aby dokonać odkupienia; zwiastowanie Maryi stanowi antytezę uwiedzenia Ewy, Bogarodzica jest wolna od jej przekleństwa; dusza Chrystusowa kontemplując Boga napełniała Maryję słodyczą, którą ona promieniowała na zewnątrz; Chrystusowi i Jego Matce należy się chwala; Maryja jak Syn patrzy na serce, jest pokorna, macierzyństwem starła głowę węża, współcierpiała z Synem, a cierpiąc zasługiwała, miała z łaski to, co Syn z natury, wysłużyła wcielenie ze stosowności, miłość jej była warunkiem zstąpienia Syna, który przybywając przepelnił ją łaską i dał jej godność; jest matką zbawionych, wyprasza obecność Syna przez łaskę, kto pożywa z jej owocu będzie żył na wieki, jednak nie każdy odczuwa jego słodycz.

Duch Święty: sprawił wcielenie za wiedzą i zgodą Dziewicy-Matki, aby zasługiwała wiarą, a miłością gotowała Bogu przybytek, nie jest ojcem Chrystusa, który jest bardziej Synem Maryi niż inni synowie swych matek; natchnął Elżbietę, by błogosławiła owoc łona Maryi.

Trójca Święta: ułożyła pozdrowienie, aby anioł je wygłosił i zdał sprawę z poselstwa, ubogaciła Maryję, zapłodniła, uświęciła i przebóstwiła.

PODSUMOWANIE

Wspólnym dziedzictwem wiary dziewięciu kazań na Zwiastowanie, napisanych przez czterech kapłanów polskich w wiekach XIII-XV, są prawdy przez Boga objawione, a przez Kościół do wierzenia podane: *I w Jezusa Chrystusa, Syna Jego jedynego, Pana naszego, który się począł z Ducha Świętego, narodził się z Maryi Panny. Umęczon pod Ponckim Piłatem, ukrzyżowan, umarł i pogrzebion.*

Rozwoju w świadomości średniowiecznego Kościoła dowodzą wnioski teologiczne z dogmatów wysnute:

1. Bóg Ojciec postanawia dziewicze macierzyństwo, Maryja kontempluje Boga Ojca, z którego woli jest już zaślubiona, pokornie się zgadza, Ojciec zasie-

⁹⁷ Tamże, k. 13a: <Eciam ille est fructus matris per assumptum hominem sicut illa mulier: 'Beatus venter qui te portauit et vbera que suxisti', ymmo verior et integrior est fructus marie quam aliquis filius alterius matris, quia nichil extranei adiunctum fuit ei nisi quod erat matris. In aliis vero eciam quod erat patris.>

wa Syna w Maryi, z substancji swojej i dziewiczej czyni Chrystusa, daje Maryi zasługiwanie, przez nią ludzi obdarza zasługą, przyjmuje dobre czyny, wszystko daje i odradza.

2. Syn Boży przygotowuje przeczystą Dziewicę, przepaja pokorną Maryję pobożnością, przyjmuje człowieczeństwo, aby je odkupić, poczyna się za zgodą wybranej na Matkę Boga, uwalnia ją od zarzewia, daje zasługę współcierpienia pod krzyżem, ubogaca łaskami, ludziom daje dobrą nowinę i przywraca utraconą godność, wprowadza Maryję do nieba, Ona, która wyprasza obecność Chrystusa przez łaskę, staje się pośredniczką przez Chrystusa do Boga Ojca i matką zbawionych: kto pożywa jej owoc będzie miał życie wieczne, ale nie każdy odczuwa jego słodycz. Maryja wysłużyła wcielenie ze stosowności, jej miłość była warunkiem zstąpienia Syna, który napenił ją łaską i godnością, ma z łaski to, co Syn z natury, tak jak on patrzy na serce, jest wolna od przekleństwa Ewy, macierzyństwem starła głowę węża, zwiastowanie jest przeciwieństwem uwiedzenia, dusza Chrystusowa kontemplując Boga Ojca napeniała Maryję przez dziewięć miesięcy słodyczą, którą ona promieniowała na zewnątrz. Chrystusowi i Maryi należy się chwała.

3. Duch Święty umacnia dziewictwo Maryi, czyni ją bezgrzeszną, sprawia wcielenie za wiedzą i zgodą Maryi, aby wiarą zasługiwała a miłością gotowała Bogu przybytek. Nie jest ojcem Chrystusa, który jest bardziej Synem Maryi, niż inni synowie swych matek, pozwala przez nią czerpać z człowieczeństwa Chrystusa siedmiorakie łaski, wprowadza w głębię Boskiej mądrości, natchnął Elżbietę, by błogosławiła owoc łona Maryi.

Trójca Święta ułożyła treść zwiastowania anielskiego, Maryję zapłodniła, uświęciła i przebóstwiła, otrzymuje od Maryi chwałę.

Summarium

Saeculo XV impressi sunt sermones quattuor auctorum Polonorum, saeculis XIII, XIV et XV viventium, nempe: **Martinus Polonus**. *Sermones de tempore et de sanctis, cum promptuario exemplorum*. Strassburg 1484; **Peregrinus de Opole**. *Sermones de tempore et de sanctis*. [Koeln] 1481; **Nicolaus de Blonie**. *Sermones de tempore et de sanctis, sive Viridarius*. Strassburg 1494. 1495; **Iacobus de Paradiso**. *Sermones de sanctis*. [Speyer, ca 1472]. Martinus († 1279) canonista, Peregrinus († post 1333) praedicator, Nicolaus († ante 1448) canonista, Iacobus († 1464) theologus erat. Veritatem a Deo revelatam et ab Ecclesia ad credendum propositam sequentibus conclusionibus theologicis cumula-verunt:

Deus Pater maternitatem virgineam decernit, Maria ipsum contemplatur, de cuius beneplacito iam desponsata est, humiliter consentit, Pater Filium Mariae insert, ex propria

et virginali substantia Christum efficit, Mariam merendi facultate donat, quae in homines redundat, per ipsam bona opera suscipit, omnia praestat et regenerat.

Filius Dei castissimam Virginem praeparat, humilem Mariam pietate implet, naturam humanam redemptionis ergo assumit, electa Matre Dei assentiente concipitur, ipsam a fomite liberans, compati sub cruce facit, gratiis refert, hominibus bonum nuntium dat, dignitatem restituit, Mariam in caelum ducit, quae Christi per gratiam praesentiam exposcit, mediatrix per Christum ad Patrem et mater salvantium constituitur. De fructu ipsius comedens vitam aeternam habebit, non omnis tamen homo suavitatem ipsius gustat. Maria incarnationem de congruo meruit, cuius dilectio Filium descendere fecit, ipsam gratia et dignitate replentem, ut quae Filius ex natura, ipsa ex gratia haberet. Similiter Filio cor aspexit, ab Evae maledicto libera, maternitate caput serpentis contrivit, cuius annuntiatio Evae deceptioni opponitur. Anima Christi novem mensibus ex utero Virginis Deum Patrem contemplanz Mariam suavitate replebat, qua ipsa in proximos redoleret. Christo et Maria laus debetur.

Spiritus Sanctus virginitatem Mariae confirmat, ipsam impeccabilem facit, Filium Dei Maria sciente et consentiente incarnat, ut fide mereatur et caritate hospitium praeparat. Non est pater Christi, qui magis Filius Mariae est, quam alii filii matrum suarum. Per Mariam ex humanitate Christi septenas gratias haurire sinit, ipsam profunda Sapientiae Dei penetrare facit, Elisabeth inspiravit, ut fructum ventris Mariae benediceret.

Sanctissima Trinitas annuntiationem composuit, Mariam foecundavit, sanctificavit et deificavit, tandem a Maria laudem excipit.